

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

N

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

Festus	genus est fici/ teste Festo/ dicentibus est Catone & Plinio. Ficos marsicas in lo-	
Cato	co cretoso/ & aperto/ serito. Martialis. Infanti melimela dato: fatuasq; maris-	
Plinius	cas. Marsica item/ morbus is appellatur/ qui muliebria patentibus innasci so-	
Martialis	let/ a similitudine mariscæ fici/ sic dictus. Neq; ab eo qui est mas masculus d-	
Vgutio	scendit/ ut cum Catholico Vgutio somniauit. Iuuenalis satyra secunda. sed po-	
Iuuenalis	dice leui Scinduntur tumida medico ridente mariscæ.	
Plinius	Marsus/ Circes filius fuit. Marsia cum i latino/ regiuncula est Italiae/ a Marso Cir-	Marsus
Herodotus	ces filio eognominata: cuius populi Marfi uocitati sunt/ teste Plinio libro vii.	Marsia
Iuuenalis	naturalis historiae. Sunt & alii eodem nomine populi Scythiae/ teste Herodo-	Marfi
Ouidius	to libro historiarum .iiii. Marsya (Græci μαρυσια) cū y græco scribitur. Pro-	Marsya
Lucanus	prium fuit uiri nomen/ de quo Iuuenalis. Occurris fronte obducta ceu Mar-	
	fy a uictus. Hic a phœbo excoriatus/ teste Ouidio libro fastorum sexto in fon-	
	tem sui nomis conuersus perhibetur: qui etiam in Mæandrum fluium cadit	
	dicente Lucano libro .iii. Qua celer/ & rectis descendens Marsya ripis/	
	Errantem Mæandron addit mixtusq; refertur.	
	Mastigias cum i latino utrobique/ græcum est uocabulum. Neq; ex mano manas/	Mastigias
	& styx/ componitur/ quasi styge manas mastigias dicatur/ ut cum Catholico	
Vgutio	somniauit Vgutio/ etiam hic & hæc mastigia declinari præcipiens. Dicitur	
Plautus	flagifer: q; ab aliis seruus dicitur sapius cæsus/ uel cædi dignus. Plautus. Cru-	
	cior lapidem non habere: ut illi mastigiæ cerebrum excutiam.	
Nestoris Dionisii Nouariensis liber quintus feliciter incipit.		
Gracchus	Antio nancis/ & nanciscor deponens/ i uno significato dici po-	Nancio
Priscianus	test. Vnde Gracchus pro se ait. Si nancia populi desyderiū/ & p-	Nanciscor
	babo rei publica comoda. Nancio facit in præterito nancii/ su-	
	pino nactum/ teste Prisciano. Nanciscor uero format præteritū	
	nactus sum: & significat inuenire/ acquirere/ adipsi.	
	Nactus/ & gnatus/ nata/ & gnata scribi/ & efferi pōt. Et facit na-	Nata
Priscianus	ta in datiuo plurali/ & ablatiuo/ natabus: quin est & natis/ teste Prisciano/ di-	Gnata
Plautus	cente etiam Plauto. Qui talis est de natis suis/ pro natabus.	
Pompeius	Nauus/ & gnauus/ scribi/ & enuntiari potest. Celer interpretatur/ & strenuus/ a	Nauus
Vgutio	nauium uelocitate sic dictus/ auctore Pompeio. Neq; a nosco noscis descen-	Gnauus
Pompeius	dit/ ut Vgutio somniauit. Inde nauia/ uel gnauia/ dicta est/ hoc est celeritas/ seu	Nauia
	strenuitas: cuius contrarium est ignauia. Nauia item/ (ut scribit Pompeius) li-	Nauis
robustus	gnum est in modum nauis cauatum: quo i uindemiis uti solēt. Nauis format	Nauicula
Vgutio	per diminutionem nauicula/ & nauicella/ teste Probo.	Nauicelle
	Nauicularius/ & nauclerus/ in uno significato accipi possunt: qui/ ab Vgutione	Nauiculari
	etiam nauclerius dicitur: hoc est nauis gubernator.	Nauclerus
Pompeius	Nauita/ & nauta/ i una significatiōe dici pōt. Nautea auctore Pompeio/ hæra	Nauclerius
Nonius	granis ē nigris: q; coriarii utunt. Nautea itē/ (ut scribit Nonius) aqua ē ex nauis	Nauita
Plautus	sentina ueniens. Plautus in asinaria. Nautea bibere malim/ q; illam oscularier.	Nauta
Vgutio	Naulum/ merces appellatur nautica: quod Vgutio etiam nabulum uocat. Iuue-	Nautea
Iuuenalis	nalis satyra octaua.	Naulum
	furor est/ post omnia perdere naulum. Nablium/ instrumentum est musicū.	Nabulum
	Nauagium/ & nauigium/ hoc distant: q; nauagium/ nauis ductio dicitur. Naui-	Nablium
Ouidius	gium autem/ locus uocatur nauigabilis: siue nauium collecta multitudo. Na-	Nauagium
	uale/ portus ē uel locus ubi naues seruantur. Ouidius libro metamor. tertio.	Nauigium
	Haud aliter/ quā si siccum nauale teneret.	Nauale
Virgilius	Nauigo nauigas/ & nauiclor/ dici potest. Sed hoc interest: q; nauigare ē nauim	Nauigo
Martialis	agere/ nauiculari uero/ ociosa nauicula uehi. Virgilius li. æneidos pmo.	Nauiclor
	Gens inimica tibi Tyrrenum nauicat æquor. Martialis.	
	Piger Lucrino nauiculatur in stagno.	
	Natalis masculino/ & natale neutro genere/ & hoc natalicium/ declinari pōt. plu-	Natalis
	rali autem numero natales/ conditionem sanguinis/ & familiæ indicat/ ut ge-	Natale
	nerosi natales: obscuro natales.	

Probus	Nepos (inquit Probus) prodigus est: nepos consumptor: nepos luxuriosus: Natalicium	
Seruius	nepos fratris filius/uel fororis. Et communis generis est/ teste Seruio super	Nepos
Phocas	librum. xii. aeneidos: etsi habeat foemininum neptis: qui tam a Phoca mascu	Neptis
	lini tantum generis esse traditur. Inde uenit pronepos/ & proneptis: abne-	Nepus
Festus	pos/ abneptis: at nepos/ at neptis: trineptos/ trineptis. Nepus (ut scribit Festus)	Nepa
	dicitur non purus. Nepa/ sydus uocatur/ Aphrorum lingua: qui a nonnullis	
	cancer/ ab aliis/ scorpium appellatur.	
Probus	Nexo nexis tertia coniugatione declinari potest/ teste Probo: & nexo nexas pri	Nexo
Priscianus	ma/ teste Prisciano. Accius ideiphobo. Nos continuo ferru eripimus: oibus ma	
Accius	nicas neximus. Liuius in odyssea. Nexabat multa iter se/ nexu nodoru dubio.	
Liuius	Necto nectis facit in praeterito nexui/ & nexi: in supino nexum/ teste Prisciano.	Necto
Priscianus	Virgilius libro aeneidos. v. Et paribus palmas amborum inexit armis. Pro/	
Virgilius	pertius. At tibi qui nostro nexisti rætia lecto. Nectar graecum est uocabulum/	Nectar
Propertius	dicente Festo. Nectar graecae significat deorum potionem. Neq; a necto nectis	
Festus	deducitur/ ut cum Catholico Vgutio somniauit.	
Vgutio	Neruus/ si componitur/ secundi/ & tertii ordinis est: ut eneruus/ eneruis. Neruus	Neruus
Plautus	item/ genus e uinculi: quo pedes impediuntur: uel etiam ceruices. Plautus i au	Neruum
Hieronymus	laria. Neruos/ cathenas/ numellas/ pedicas/ boicas. At uero Hieronymus ne/	
	utro genere declinauit/ quom dixit in Hieremia capitulo. xx. Et misit eum in	
	neruum/ quod erat in porta Benjamin superiori/ in domo domini.	
	Nyctimene cu y graeco in pma syllaba/ & ct/ & i latino i secuda scribitur. Filia fu/	Nyctimene
	it Nyctei: & genus est auis: quae alias noctua uocatur. Et penultimam corripit	Noctua
Ouidius	syllaba. Ouidius libro metamorpho. secundo.	
	Crimine Nyctimene nostro successit Honori.	
	Nycticorax cum y graeco in prima syllaba/ & ct/ exilibus/ & i latino in secunda/	Nycticorax
	sequente c no aspirato scribitur. Auis est nocturna: quae & nycticorax dicitur.	Nocticorax
	Et latine transferri potest nocturnus coruus.	
Festus	Nictio nictis/ uerbum est (ut scribit Festus) ad canes pertinens: qui scilicet in odo	Nictio
	randis uestigiis leuiter ganiunt. Nicto nictas prima coniugationis/ oculo/ & ali	Nicto
Festus	orum mebro/ & nisi/ saepe aliqd conari significat: ut idem auctor est Festus.	
Priscianus	Nitor niteris format in supino nisum cum unico s/ & nixum/ teste Prisciano. Et	Nitor
Horatius	producit ni syllam. Horatius in arte poetica.	Niteo
	Nec sic enitar tragico deferre colori. Est autem niti/ incumbere: sub onere/ co	Nideo
	nari. Niteo nites secunda coniugationis/ & nideo nides cum d/ in uno signifi	Nidor
	cato scribi/ & efferri potest. Verum niteo ni syllabam corripit: sed nideo illa	
Virgilius	producit. Virgilius libro aeneidos quarto. tantum egregio decus enitet ore.	
Stadius	Stadius libro thabaidos. x. Emicat effigies/ & sparsa orichalca renident: idest	
Iuuenalis	splendent. Nidere item/ redolere significat. Vnde nidor/ odor dictus est. Iuue/	
	nalis satyra. v. Captu te nidore suae putat ille culinae: idest odore.	
	Noe/ proprium uiri nome fuit/ magni dilunii tpe/ ut sacrae scripturae attestan/	Noe
Herodotus	tur. Noes/ fluuius est Thraciae/ teste Herodoto libro historiarum quarto.	Noes
Virgilius	Nifus cum i latino scribitur. Proprium fuit nomen regis Megariensium/ in auē	Nifus
	sui nominis conuersi: cuius meminit Virgilius georgi. primo dicēs. Apparet	Nifa
	liquido sublimis in aere nifus. Hic alio noie haliætus uocatus est: ut est apud	Nyfa
Ouidius	Ouidium libro metamor. viii. Et modo factus auis fuluis haliætus in alis: Ali/	Nyseus
	us eadē litteratura Nifus fuit/ qui cum Salio/ & Euryalo/ currendi certamen	Nysaea
Virgilius	iniit: de quo Virgilius. Si te lapsorum miseret/ quae munera Nifo Digna dar/	Nysaeus
Virgilius	bis: Nifa eadē scriptura/ ppiu fuit mulieris nome: de qua Virgi. in Damoc.	Nifeus
Homerus	Mopso Nifa datur. Nifa eadem litteratura/ urbs est Hellados/ teste Homero	Nisae
	libro. ii. iliados. Alia eodē noie urbs est Lydia/ Maonia: alia Lyciae/ circa mo/	Nesae
Ptolemaeus	tem Massicite/ ut Ptolemaeus ostēdit. Nyfa cum y graeco/ urbs est felicitis Ara/	
Diodorus	biae/ teste Diodoro libro historiarum pmo: a qua/ Bacchus Nyseus cogno/	
Ptolemaeus	minatus est. Alia rursus eiusdē nois urbs ē in Armenia/ teste Ptolemaeo. Alia	
Ptolemaeus	in Caria minoris Asiae: & eodē nomine praefectura Murianae/ prouinciae/ ut	
	idem Ptolemaeus ostendit. Nyfa cum y graeco/ unus ē ex duobus Parnasi col/	
Vgutio	libus. Neq; ab eo qui est nasus deducitur/ ut cum Catholico soniauit Vgutio.	

- Curtius Nysæa cum y græco & æ diphthongo urbs fuit in India testibus Curtio & Herodoto: a qua fit Nysæus adiectiuum. Lucanus libro sexto. Qua rapidus Lucanus Ganges & qua Nysæus Hydaspes. Alia eodem noie est in Megaride Achaia: quæ & Megara uocatur ut scripsit Ptolemæus. Nysæus cū i latino & æ diphthongo locus est inter Medos teste Herodoto libro historiarum. vii. Nysæe huius Nysæes cum i latino & æ diphthongo in media syllaba nympha quædam fuit: de qua Virgilius libro æneidos. v. meminit quom ait. Nysæe Spiogq; Thaliaq; Cymodoceq; Hæc a nonnullis Nysæe cum e in prima syllaba scribitur & effertur. Et cum unico soes hæ dictiones scribende sunt.
- Nysæe huius Nysæes cum æ diphthongo in media syllaba scribitur. Proprium Nysæe fuit nymphae nomen: quam alii (diximus) cum i in prima syllaba Nysæen uocant. Nysæa regio est iuxta Aetnam montana ut scribit Strabo. Nysæus fluuius est Thraciæ teste Ptolemæo: & eodem nomine urbs inter Busiriticum amnem & Bubasticū ut idem Ptolemæus ostendit. Nysum teste eodem Ptolemæo urbs est Dardaniæ in Mysia superiori. Nesis insula ē Campaniæ ab omnibus prætermissa cosmographis: a Lucano aut posita quom ait. tali spiramine Nesis Emittit stigiū nebulosis aera faxis. & Statius in siluis. Aera respirat pelago circumflua Nesis. Hæ aut dictiones oēs cum unico scribuntur.
- Nodus ligatura dicitur. Nodus item densa uocatur in exercitu peditū multitudine sic quidem pro difficultate appellatus quasi uix possit reuolui ut scribit Seruius super librū. x. æneidos. Et format diminutiue nodulus & nodellus.
- Nodus Nodulus Nodellus
- Nux format p diminutionē nucula. Vnde prænestini Nuculæ appellati sūt teste Festo. Vgutio aut dicit q; a nuce fit diminutiū nucilla & nucicula.
- Nux Nucula
- Natrix masculini generis est teste Phoca: quin ē & foemini teste Prisciano. genus est serpentis: de quo Lucanus libro nono. Et natrix uiolator aquæ: iacu liq; uolucres. Et corripit in obliquis tri syllabam. Lucillius libro satyrarū. ii. Si natrix natrix impressit crassam & capitam.
- Natrix
- Nego negas & negumo i uno significato ueteres usurparūt ut scribit Pōpeus. Nicia cum i latino utrobq; & c exili & Nicea cum e in media syllaba teste Prisciano enuntiarī pōt. Nomē est duarum urbium teste Ptolemæo: quarum una ē Gallia: quæ Massiliensium Nicia dicitur: alia in Asia.
- Nego Negumo Nicia Nicea
- Nota (inquit Festus) nunc significat signū ut in pecoribus: nunc ignominia: nunc ē litteras singulas aut binas. Et Marcellus ait. Nota signum: nota probum: nota distinctio. Virgilius libro æneidos. v. Cæruleæ cui terga notæ. Lucillius libro. xxx. Quæ scis scire tuas oēs maculasq; notasq;. Ouidius li. tertio de ponto. Ad fratremq; suas exarat ille notas. Nota format diminutiue notula & notella. Notus cum t non aspirato sicut & nota uentus quidā est græcum quidem uocabulum teste in noctibus atticis Gellio. Neq; a noto notas descendit ut cum Catholico Vgutio somnauit. Nam (ut idē Gellius ait) ποτιο græce latine humor uocatur. Nothus cum th aspirato græca dictio est auctoris Festo & Seruio super librum. vii. æneidos. Neq; a noto notas deducitur ut Vgutio & Catholico somnariūt. Et is apud Græcos dicitur teste Festo qui ex uxore non legitima natus est: qui apud nos spurio patre natus appellatur. Et i utroq; significato no syllaba corripitur. Virgilius li. æneidos pmo. Vna eurufq; notusq; ruūt. Idem libro æneidos octauo. Supposita de matre nothos furata creauit.
- Nota Notula Notella Notus Nothus
- Nubo nubis habet passiuum nubor. Plautus in persa. Hic cum mala fama facile nubitur. Hieronymus in Matthæo capitulo. xxii. Neq; nubent: neq; nubentur. Quod enarans idem Hieronymus ait. Nubunt uiri: nubuntur fortasse uxores: quis & mulieres nubere dicantur: & quidē frequētius q; nubi. Marcellus. Nubere non solum mulieres sed & uiros ueteres dicebant. Pomponius i pā nuceatis. Sed meus frater meus maior postq; uidit me domo eiectum nupsit posterius dotata uetula uarico sæ Aphra. Nubo facit in præterito nupsi & nuptus sum teste Prisciano: & si a nubor nuberis nuptus sum præteritum formari possit. Inde hic nuptus & hæc nupta: maritus & marita: & nuptus nupta nuptum. Plautus: Virgo sum: nōdū didici uerba nupta dicere, Nupta enim
- Nubo Nubor

Festus	uerba (ut scribit Festus) ea apud antiquos appellabantur quae uirginem dice-	
Stadius	re non licebat. Nubere item / tegere significat / uel uelare. Stadius libro thabai-	
	dos primo. Obnubitoq; comas: & temperat astra galero.	
Priscianus	Ningo ningis & ninguo ninguis / teste Prisciano & scribi & efferri potest. At ut	Ningo
Seruius	ro Seruius / ningit (inquit) prima & secunda persona caret: quia non est in	Ninguo
Virgilius	nostro arbitrio: sed ad deum pertinet. Virgilius georgicorum tertio. toto aequo	Ningis
Priscianus	re ninguit. Ningo (ut uult Priscianus) facit in praeterito ninxi. Vnde Accius	Ninguis
Accius	ait. Cum nixerint caelestium molarum mihi. Inde fit in recto haec ningis teste Ser-	Nix
Seruius	uio super librum quartum aeneidos: dicente Lucretio.	
Lucretius	albas effundere ninges: & haec ninguis / teste Prisciano: ut est apud Apulegium	
Priscianus	in primo Hermagorae. Aspera hyems erat: omnia ningue caneant. Nunc ue-	
Apulegius	ro / haec nix huius niuis declinatur. Neq; a nube deriuatur / ut cum Catholico	
Vgutio	co somniauit Vgutio. a graeco tractum est / auctore Pompeio: quod illi prope	
Pompeius	dicunt sed hoc est nouum.	
Vgutio	Nympha cum y graeco scribitur. Neq; a nube deducitur / ut Vgutio somniauit.	Nympha
Pompeius	Nonnunquam mutatur in l: & dicitur lympha aqua / teste Pompeio.	Lympha
	Nugas cum s in fine indeclinabile est. Nugax genitiuo nugacis / idem significare	Nugas
Priscianus	habet: & utrunq; trium est generum / teste Prisciano. Hieronymus in Sopho-	Nugax
Hieronymus	nia capitulo ultimo. Nugas qui a lege recesserant congregabo. Idem in libro sa-	
Hieronymus	pienciali capitulo secundo. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo.	
Perfius	Nummus cum primam producat syllabam / cum duplicato m scribi consuevit. Perfius	Nummus
Iuuenalis	us. Credere tum nummos Marco sub iudice palles. Iuuenalis.	Numisma
Vgutio	Crescit amor nummi / quantum ipsa pecunia crescit. Neq; a numero numeras de-	Numisma
	scendit / ut Vgutio somniauit: sed a numismate deriuatur / auctore Pompeio.	tum
Pompeius	Numisma huius numismatis & hoc numismatum / declinari potest: & cum uni-	Numa
Martialis	co m scribitur: nam & prima corripit syllabam. Martialis epigramatum primo.	
Horatius	Cum data sint equiti bis quinque numismata quare. Horatius.	
	Rettulit acceptos regale numisma philippis. Neq; ab eo qui est nummus nu-	
Vgutio	misma deducitur / ut Vgutio somniauit: sed a πομοσ quae est lex / dictum est.	
Horatius	Numa cum unico m / proprium uiri nomen fuit: de quo Horatius in epistolis.	
	Iam saliare Numae carmen qui laudat & illud. Ouidius libro faustorum tertio.	
Ouidius	illa Numae coniunx / consiliuq; fuit.	
	Nil / nihil & nihilum / dici potest. Nihili indeclinabile trium generum est. Agrae-	Nil
Agraeus	tius in Caprum / nihil (inquit) aduerbiu est / nihil uero / nomen. Festus. Nihili di-	Nihil
Festus	citur / quod nec hili quidem est: hoc est nullius precii / nullius ualoris / nullius utilitatis.	Nihilum
Charisius	Neco necas facit in praeterito necaui / & necui: in supino necatum / & necum / te-	Nihili
Probus	stibus Charisio / Probo / Diomede / Prisciano. Vnde (ut quidam uolunt) haec	Neco
Diomedes	nex dicta est: quod rama a graeco tractum uocabulum Festus tradidit. Sifen-	Nex
Priscianus	na libro historiarum tertio. Quoniam neq; mea nex / nec intercessio / posse ui-	
Festus	detur / aliorum dementem reprimere audaciam. Tullius in rhaeticis. Tybe-	
Sifenna	rium Gracchum rempublicam administrantem prohibuit indigna nex diuiti-	
Tullius	us in ea commorari.	
Festus	Nuntius & res ipsa & qui nuntiat / dicitur / teste Festo. Plautus in sticho. praecur-	Nuntius
Plautus	ri / ut nuntialem nuntium exoptabilem. At uero Seruius pro re ipsa hoc nunti-	Nuntium
Seruius	um declinari posse asserit / quom super librum sextum aeneidos ait. Nuntius	
	masculini generis est qui nuntiat. Quod autem nuntiat / licet neutro dicat /	
	tamen etiam masculini generis inuenitur.	
	Noceo nocet tam accusatio / quam datiuo iungitur: ut noceo te: uel tuis rebus.	Noceo
	Neuter neutra neutrum facit in genitiuo neutrius / uel neutri neutrae neutri: datiuo	Neuter
Priscianus	neutri / uel neutro neutrae neutro / teste Prisciano. Sed Probus contra. Ait. n.	
Probus	Neuter facit in genitiuo neutri: non neutrius et si iter facit utrius. Fallit tamen Pro-	
Probus	bus: nec meminit quod Plautus protulit in uitularia: neutri reddibo / pro neutro:	
Plautus	cuius utiq; genitiuus est neutrius: reddibo pro reddam / ex re & dabo / d liter-	
	ra iterposita: ut alibi melius differemus.	
Priscianus	Nullus nulla nullum facit in genitiuo nullius / uel nulli nullae nulli: datiuo nulli /	Nullus
Coelius	uel nullo nulle nullo / teste Prisciano. Coelius. Nullae nationi tot / tatas / tam con-	

- Terentius** tinuas uictorias datas arbitror. **Terentius in Andria.**
Tum iners-tum nulli cōsiliū-pro nullius.
- Propertius** Naufragor/deponens est uerbū. Cōperit tamen & naufrago naufragas. Vnde Naufragor
in epistola prima ad Timotheum capitulo primo legitur. Quam quidam re Naufrago
pellentes/circa fidem naufragauerunt. & corripit fra syllabā. Propertius.
- Quintiliāus** Tætra uenena bibens/& naufragus ebibat undas.
- Liuius** Nōdinū in singulari numero neutri generis est: in plurali uero/foeminini. **Quin**
tilianus libro. ii. Siue nō trino forte nōdino promulgata: siue nō idoneo die. **Nondinū**
Nondina
- Festus** Liuius li. tertio. postq̄ uero comitia decem uiris creandis in trinondinū indi-
cta sunt: idest in tertiu forū. Festus. Nōdinas feriarū diē esse uoluerūt antiqui:
- Macrobius** quo mercādi gratia rustici urbē cōuenirēt. Macrobius aut̄ in saturnalibus ne-
gat nōdinas fuisse ferias: sed Romanos istituisse nōdinas ut octo qdē diebus
in agris rustici opus facerent: nono aut̄ intermissio rure ad mercatū legesq̄ au-
diēdas/Romā uenirēt: ut scita/atq̄ cōsulta/frequētiore pupulo referentur:
quæ trinōdino die præposita a singulis atq̄ uniuersis facile noscebantur. Vñ
ēt mos tractus ut leges trinōdino die promulgaretur. Ea re cādidatus ēt usus
fuit in comitiū nōdinis ueniret: & in colle cōsistere: unde corā possent ab uniu-
uersis uideri. Sed hæc oīa negligētius & haberi cōcepta/& post abolita: postq̄
trinōdino ēt ob multitudinē plebis frequentes esse cōeperūt. hæc Macrobius.
Ex quo aliud q̄ nōdinas trinōdinū significat ostēdit: licet apte n̄ d̄ claret qd sit.
Quidam dicit esse triū dierū spaciū ad habēda comitia creādoꝝ magistra-
tū. Varias demū recitat Macrobius ipse de nōdinis opiniones auctōrū. Liuii
uidelicet/Modesti/Trebati/Cæsar/Labeōis/Granii/Casii/Gemini/Varro-
nis: quas si quis scire uoluerit/Macrobiū legat. Nondina huius nōdinæ/Ro-
manorū/dea dicta erat/a nono die nascentiū: qui & Iusticus dicitur dies autē
Iusticus is uocatus ē quo infantes Iustrantur/& nomen accipiunt. Sed nonus
in maribus dies/octauus i foeminis erat: ut auctor ē Macrobius ipse.
- Macrobius** Nequeo nequis/& nequo negnis dixerūt ueteres in uno significato/ teste Festo. **Nequeo**
- Festus** Nolo/& nelo neuis neuult/Protulerūt antiq̄ in una significatiōe/ ut scribit No- **Nequino**
- Nonius** nius. Vñ Plautus in trinu/ ait. Filiā meā tibi disponfatā audio/ nisi tu neuis. **Nolo**
- Plautus** Nouissimus pro eo qui est ultimus/ tā ablatiuo/ q̄ genitiuo/ iungi potest. Ut ego **Nelo**
sum nouissimus omnium. uel omnibus. **Nouissim⁹**
- Probus** Nardos foeminino/& nardū neutro genere/ tā p̄ ungueto/ q̄ p̄ hærba/ ex qua cō-
ficitur/ declinari pōt. Quæ cū græca sic dictio/ rectius in os (ut tradit Probus) **Nardos**
q̄ i us/ noiatiuū terminamus. Hieronymus in canticis. Nardos mea dedit odo **Nardum**
- Hierōymus** Tibullus Illius puro distilent tempora nardo.
- Tibullus** Nemo cōis generis/ nec homo dicitur/ auctore Pompeio: & nonnunq̄ pro nul- **Nemo**
- Pompeius** lus ponit/ testibus Seruio/ & Marcello. Cicero in Catone maiore. Quo nemo
- Seruius** uir melior: idest nullus. Cato. Caduceatori nemo hō nocet. Lucilius li. xxx.
- Marcellus** Nemini i geniū tm̄ cōfidere oportet. Plautus in captiuis. Nēnis misereri cer-
tum ē: nam mei miseret neminē. Virgilius li. æneidos nono. quod optanti di-
uum promittere nemo Auderet: hoc est nullus deorū.
- Cicero** Lucilius Nares plurali tm̄ numero declinatur/ ut tradit Probus. Sed nō recordat̄ Probus **Naris**
- Cato** Plautus legisse apud Horatiū: emūctæ naris/ genitiui casus. Et Lucanus li. secūdo/ ait. **Nar**
- Lucilius** Hic aures/ alius spiramina naris aduncæ Amputat. Persius. Rancidulū qui/ **Narus**
- Plautus** dam balba de nare locuta Perstrepit. Ouidius libro metamor. quarto. **Gnarus**
- Virgilius** Pandaq̄ naris etat. Sylius libro. xiiii. Vnca nare iacent. Gualfredus. sonora
- Probus** Nare uigil stertit. Nar/ fluuus est: de quo Virgilius libro æneidos septimo.
- Horatius** Sulphuræa Nar albus aqua/ Et Aufonius.
- Lucanus** Fluminibusq̄ italis præpollēs sulphureus Nar. Et facit in genitiuo Naris/ uel
- Persius** Nartis/ teste Seruio super librū Virgiliū præfatū. Vbi ait. Varro tamen dicit la-
cum hūc in Narem/ uel Nartē fluuium deriuatū Narus/ & gnarus/ & scribi/ &
- Ouidius** enūtiari pōt: & interpretatur sciens: cuius contrarium est ignarus.
- Sylius** Nouember/ & nouembris/ in recto declinari potest/ teste Prisciano. Vnde Cato **Nouember**
- Gualfredus** in sacrificio commissio/ ait. Mense octobri fecimus: nouembris reliquus erat. **Nouēbris**
- Virgilius** Nutrio nutris/ & nutrior deponēs dici potest/ testibus Marcello/ & Prisciano.
- Aufonius**
- Seruius**
- Varro**
- Priscianus**

Cato	Virgilius libro georgicorum secundo.	Nutrio
Marcellus	Hoc pinguem/ & placidam paci nutritor oliuam/ pro nutrito.	Nutrior
Priscianus	Nutrico nutricas/ & nutricor deponēs usurpat/ teste Nonio Marcello/ Aphra-	Nutrico
Virgilius	nium inducente dicentem. Nam nutricatur oliuam. Cicero libro secundo de	Nutricor
Nonius	natura deorum. Omnia sicut sua membra/ & partes nutricat/ & continet. Sed	
Aphranius	& passiuē protulit Varro/ quom referēte Prisciano/ ait. Pauptas enim hęc/	
Cicero	quom non est nutricata compficatur.	
Varro	Nutricius/ & qui nutrit/ & qui nutritur/ uocari potest.	Nutricius
Donatus	Necessus necessa necessum/ & hic & hęc necessis & hoc necesse/ declinari pōt/	Necessus
Festus	pro eo quod est necessarius necessaria necessarium/ teste Donato super Terē	Necessis
	tii eunuchum. Dicitur autem necessum/ auctore Festo/ in quo nō ē cessandū.	Necessarius
Vgutio	Quare a cesso cessas deriuatur/ si aut a necto nectis/ ut Vgutio somniauit. Ne	Necessarii
Festus	cessarii (ut scribit Festus) cognati/ uel affines appellantur/ in quos necessaria	
Marcellus	officia conferuntur.	
	Necessitudo (iquit Marcellus) dicitur affinitas/ necessitas aut/ uis quæpiam quæ	Necessitudo
Gellius	alterū cogere inuitū potest. Ego autem/ necessitatē protulens/ aut necessitu	Necessitas
	dinē/ nihil differre dixerim/ auctore Gellii frætus/ li. xiii. noctū 'atticarum in	
	hęc uerba dicentis. Assuerant qdam necessitudinē/ & necessitatē/ significatō	
	ne differre/ ideo q necessitas/ sit uis quæpiā præmēs/ & cogēs/ necessitudo au	
	tem dicatur ius quoddā & uinculum relligiosæ coniunctionis/ idq; unum soli	
	tarium significet. Sicut aut (ut pergit) nihil quicq; interest/ suauitudo dicas/ an	
	suauitas/ sanctitudo/ an sanctitas/ acerbitude/ an acerbitas/ acritudo/ an (qd	
	Accius in Neoptolemo protulit) acritas/ ita nihil ratōis dici potest/ quo neces	
	situdo/ & necessitas/ separentur. Itaq; (ut subdit) in libris ueterum uulgo repe	
	ries necessitudinem dici/ pro eo quod necessum est. Sed necessitas sane/ pro	
	iure/ officioq; obseruantia/ affinitatisue/ in frequēs est/ q; q ob hoc ipsū ius	
	affinitatis/ familiaritatisue/ coniuncti sunt/ necessarii dicuntur. Reperi tamē	
Cæsar	in oratione Caii Cæsar/ qua Planciam rogationem suasit/ necessitatem di	
	ctam pro necessitudine/ idest iure affinitatis. Verba hęc sunt. Equidē mihi ui	
	deor/ pro nostra necessitate/ non labore/ nō opera/ nō industria/ defuisse. Hoc	
	ego scripsi de utriusq; uocabuli in differentia. Hęc Gellius.	
	Nosco noscis/ & gnosco scribi/ & efferri pōt/ & facit i præterito noui/ uel gnoui/	Nosco
	i supino notū/ uel gnotū. Agnosco tñ/ tā agnitū/ q; agnotū/ format supinū/ sic	Gnosco
Priscianus	& cognosco cognitū/ uel cognotū/ teste Prisciano. Quin & primū (quod dixi	
Pacuius	mus) supinū frequens ē/ secundū infrequēs. Quod tñ protulit Pacuius/ quom	
Priscianus	ait. Orestis cognita/ agnota ē soror. Horū futuri tps participia/ & aliorū a no	
Cato	sco cōpositorū (ut idē tradit Priscianus) i oturus/ in sciturus terminat. Cato. v.	
Salustius	originū. Eorū nemo quicq; mihi ignoturus est. Salustius libro historiarū secū	
Piso	do. Neq; inermes ex prælio uiros/ q; agnoturus. Piso annaliū. ii. Quodcunq;	
	deliquisset/ ignosciturum affirmabat. Noui uel gnoui/ defectiuū uerbum ē/	
	tam præsentis/ q; præteriti tps significatum.	
Priscianus	Nostras/ & hic & hęc nostratis/ & hoc nostrate/ declinari pōt/ teste Prisciano/	Nostras
Casius	Castum heminā inducente dicentē annalium quarto. Si qs nostratis sapiens.	Nostratis
Marcellus	Nefāsus nefāda nefādū/ & nefans genitiuo nefantis/ declinari pōt/ auctore Mar	Nefandus
Lucillius	cello. dicēte ē Lucillio satyrarū. vi. Tātalus q pœnas ob/ fata nefantia luit. Ne	Nefans
Marcellus	farrus cū duplicato r scribit/ nā a farre deducit. Vñ Marcellus ait. Nefarrii di	Nefarrius
Pædianus	cunt/ q; idigni uiuere/ n sūt digni farre/ quo uita hoium p̄us sustētabat. Pædia	
	nus/ nefarium (inquit) qd sacra polluit farre pio solita celebrari. Nefarrii igi	
	tur/ sacrilegi dicuntur.	
Pōpeius	Noxa (inqt Pōpeius) accipit p peccato/ aut peccati pœna/ cū lex iubet noxa de	Noxa
Marcellus	dere p pētō. Noxia uero (ut subdit) apud antiquos dānū significat/ sed (ut ait)	Noxia
Macrobius	a pœtis ponit p culpa. Et Marcellus ait. Noxa/ & noxia/ diuersa sunt. Noxia	Noxitude
	nocētia dicit/ noxa uero pētū leue. Sic ē Macrobius/ i saturnalibus noxā le	
Lactātius	uis culpæ nomē ēē dixit. At uero Lactātius grāmaticus sup librū. x. thæbaidos/	
Seruius	& Seruius sup librū p̄mū æneidos/ noxam (inqt) iter & ē/ & noxiā. Noxa enī	
	pœna/ noxia uero/ culpa/ idest peccatum dicitur. Quicqd autem hi auctores.	

Virgilius tradat imperfecte loquitur. Ego aut noxa protuleris an noxia nihil differre dixerim. Nam & damnum & peccatum noxa significare habet sicut & noxa. Virgilius in diris. Immatura mea quoque noxa solvere facta. Istius atque utinam facti mea culpa magistra

Virgilius Prius foret. Noxa dixit pro culpa: ut ex sequenti uersu patet. Idem li. aenei. i.

Marcellus Vnius ob noxa & furias Aiacei Oilei: idest peccati: ut interpretati sunt Marcellus & Macrobius. Statius libro thabaidos. x. Et periura luam regalis crimina noxa: idest culpa. Et Liuius in Achille ait. Si malos imitabo tu precium pro noxa dabis. Titus. Indicatur a se causam publicae pestis professus est si ab eo sibi fides data esset: aut futurum noxa indicium: idest culpa uel peccati. Noxa item (ut diximus) damnus significat. Suetonius in Caesare. Ut falsum arguens: quod sine ulla sua noxa ridus Martiae adesset: idest sine damno. Ouidius libro metamorphoseos. xv. Nocte nocent potae: sine noxa luce bibuntur: hoc est sine damno. Serenus. Purior hic gustus sine noxa mouerit aluum. Hieronymus in libro primo. Esdrae capitulo quarto. Nunc igitur notum sit regit quia si ciuitas illa aedificata fuerit & muri instaurati: tributum & uectigal & annuos redditus non dabunt & usque ad reges haec noxa perueniet. Rursus noxa poena. Quintilianus in gladiatore. Et inter dedita noxa mancipia contemptissimus tiro gladiator: idest poena. Quod quidem de noxa confirmauit super Terentii Phormionem Donatus quom ait. Noxa poena dicitur: alias culpa. Quod etiam de brutis dici potest. Ouidius fastorum libro primo. Verba fides sequitur: noxa tibi deditus hostis Spargitur. de Capro enim loquitur noxa dedito. Tullius in hortensio. Et certis quidem rebus in quibus peccata non maxime afferunt noxias tam nisi sciant attingunt: idest nocentias ut exponit Marcellus. Marcus Manilius li. ii. Saevit nequicies: & poenas noxia uincit. Idem li. quarto. Quin etiam infelix uirtus & noxia scelix & male consultis precium est: idest culpa. Comperitur etiam noxitude pro noxia teste eodem Marcello Accium inducente dicentem in armorum iudicio. Occulte noxitude obliteretur pelopidarum.

Lucretius Noticia & noticies in recto declinari potest. Lucretius libro. v. Exemplum pro ro gignundis rebus & ipsa Noticies hominum.

Probus Nubes & nubis in recto declinari potest teste Probo. Vnde & Aufonius ait.

Aufonius Periturum lapitham Iunonia ludificat nubs.

Virgilius Nouale neutro & noualis feminino genere declinari potest. Virgi. in Tityro.

Virgilius Impius haec tam culta noualia miles habebit. Idem georgicorum primo. to

Seruius fas cessare nouales. Seruius. Nouale idest noua terra quae per singulos annos renouatur per semina. Idem alibi. Noualis est aruum primum proficissum. Hieronymus. Nouale est ager primum proficissus. Paulus. Noualis est terra proficissa: quae anno cessat. At uero Plinius nouale (inquit) est quod alternis annis fertur. Varro. Ager qui intermititur anouando noualis dicitur. Festus. Noualis ager est nouae relictus sementi. Nouale item oppidum est Mysiae inferioris: quod alio nomine Noua uocatur ut scribit Ptolemaeus.

Ptolemaeus Neophytus cum y graeco & r exili scribitur: & dici potest nouellus. Nam componitur ex rho quod est uouu & phi top germen uel planta. De quo uocabulo more solito Vgutio ineptias loquitur quom ait. Phytos fides phyto quae ro significat. Inde uenit neophytus. Quod etiam Catholicum confirmauit.

Vgutio

Horatius Nequicia & nequicies in recto declinari potest. Horatius sermone. xii. Illum aut nequicies aut uasri in seita iuris.

Priscianus Negligo facit in praeterito neglexi teste Prisciano: quin etiam & negligi quod quidem analogiae propius est testibus Diomede & Beda super Donati arte.

Diomedes

Beda Nudus nuda nudum cum ablatiuo iungitur: & genitiuo. Sylus li. xiiii. Nudus opum sed cui caelum terraque paterent. Iungitur nonnunquam & per synecdochen cum accusatiuo: ut albet nuda pedem mulier redimita capillos.

Sylus

Claudius Nox facit in ablatiuo singulari nocte uel noctu. Claudius Quadrigarius annalium tertio. Senatus autem de noctu conuenire. Quod quidam dicunt esse aduerbiu: ita ut unica sit dictio: quemadmodum teste i Terentiu Dato de repete

Noticia
Noticies
Nubes
Nubs
Noualis
Nouale
Noua
Neophytus
Nequicia
Nequicies
Negligo
Nudus
Nox

Ennius	& de subito dicimus. Sed nomen esse ostēdit Ennius/ quom dixit annaliū. iiii.	
Macrobius	Hac noctu filo pendeat hetruria tota. Inusitatissime autem (ait in saturnali- bus Macrobius) nox pro noctu aduerbialiter positum est in. xii. tabulis: ubi ita legitur. Si nox furtum factum sit/ pro noctu.	
Homerus	Nemus græcum est uocabulum: nam illi πέμω dicunt. Vnde Homerus in Iliā Nemus de. επ πέμει σκίερω. Neq; ab eo quod est numen descendit/ ut cum Catholico	
Vgutio	Vgutio somnauit.	
Caper	Bex tam masculini/ q̄ sceminini generis est/ testibus Capro/	Obex
Seruius	& Seruio: etsi sceminini tantum generis Alexander esse tradi-	
Bocetius	derit. Bocetius. Obice firmo clauserat pelias. Sylius libro. iiii.	
Sylius	Et fidos certant obices accersere silua. Ouidius libro meta-	
Ouidius	morphoseos. xiiii. Inuadūt/ portasq; petunt/ quas obice firmo	
Virgilius	clauserat. Virgilius libro æneidos decimo.	
	Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vbi etiam patet/ q̄ prima sylla	
	ba indifferens est. Pessulū est: & generaliter quodcūq; obstaculū dici potest.	
Festus	Obaudio/ & obœdio/ in uno significato dici potest/ teste Festo: ubi diphthon/	Obaudio
Apuleius	gus au in œ diphthongū/ teste Apuleio/ mutata est. Et facit in futuro indicati	Obœdio?
Marcellus	ui modi obœdiam/ & obœdibo/ teste Marcello/ Aphranium referente dicē	
Aphranius	tem. Meo ut obsequar amori/ obœdibo tibi.	
Coelius	Oporteo oportet personale comperitur: ut est apud Coelium libro quinto.	Oporteo
	Vt ea quæ oportuerint/ facta non sint. Oportet impersonale regit a parte añ	Oportet
	accusatiuū: & post cum infinito iungitur. Et scribitur cū unico p: quia primā	
Gualfredus	corripit syllabā. Vnde Gualfredus in arte pœtica. si uis christi esse sequutor/	
	oportet Tormentis tormenta sequi. non itur ad astra Delicis.	
	Opportunus cum duplicato p scribitur. Neq; ab ope/ neq; ab oportet/ descen-	Opportu-
Vgutio	dit/ ut in erudite Gasparinus/ Magister Bene Vgutio/ Mammætractus/ Brito/	nus
	Catholicon/ tradidere. Verū ex ob/ & portus/ compositū uocabulum est: pri-	
	mamq; syllabā positione producit/ quā quidē corripere deberet/ si ab ope/ ul	
Ouidius	ab oportet/ deriuatū esset. Ouidius libro metamorphoseos tertio. & multis	
Pompeius	latebra opportuna fuistis. Pompeius. Opportune dicitur ab eo/ q̄ nauiganti	
	bus maxime utiles/ optatiq; sint portus: sicut econtra importune. Vnde Ser-	
Seruius	uius super librū undecimū æneidos/ ait. Importunum est/ quod caret portus/	
	idest quiete: ubi nullus portus est: sicut econtra/ opportunū/ cui cōmoditas/	
	& occasio obuēnit/ ut portus. Hæc ille.	
	Orcus cū e exili scribitur. Fluius est infernalis/ ab urgendo dictus/ auctore Pō	Orcus
Pompeius	peio. Antiqui enim (ut ait) c litteram pro g ponebant. Alii ab ορκω/ quod	Orca
	est iuramentū/ deductū perhibent: eo q̄ per illū/ hoc est/ stygem paludem/ a	
	qua/ teste Homero profluit/ iurabant dii/ nec peicare licebat. Orca eadem	
Horatius	scriptura/ genus est belluæ marinæ: de qua Horatius in sermonibus. Nō alia/	
	q̄ qua Bizantia putuit orca. Orca item/ genus est uasis sicarii a similitudine	
Pompeius	marinæ belluæ sic uocatum/ ut scribit Pompeius.	
Tortellius	Oestrus cum œ diphthongo/ masculino genere declinatur: sed Tortellius neu-	Oestrus
	tro œstrum declinauit. Volatile paruum est: quem nonnulli asilum/ alii taba-	Oestrum
	num uocant. Et græcum est uocabulū/ dicente in georgicis. Virgilio. cui no-	Austrum
Virgilius	men asilo/ Romanum est: œstrum Graui uetere uocātes. Vbi Seruius/ œstrus	Ostra
Seruius	(inquit) græcū est: & latine asilus dicitur. Et Probus ait. Asilus/ genus est taba-	Ostrea
Probus	ni: & uocatur græcæ œstros. Oestros item/ Auuius est Pamphylia/ teste Pom-	Ostreum
	ponio Mela. Ostrū/ & austrū/ teste Prisciano/ dici potest: & purpura transfer-	
Pomponius	tur. Virgilius libro æneidos. vii. Instratos ostro alipedes/ pictisq; tapetis. Ostra	
Priscianus	urbs est mediterranea Senonum in Italia/ teste Ptolemæo. Ostrea sceminino/	
Virgilius	& ostreum neutro genere/ declinari potest/ teste Seruio sup primū georgico	
Ptolemæus	rū. Genus est conchæ. Ouidius in fastis. Ostreaq; in conchis tuta fuere suis.	
Seruius	Sunt tñ/ qui/ inter ostream/ & ostreum/ hoc differentia tradunt: q̄ neutro	
Ouidius	genere/ concha sit: sceminino autem/ ostrei carnes. Sed hæc differentia ab au-	
	ctoribus confunditur.	